



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Hermanni Conringii De Pace Civili Inter Imperii Ordines  
Religione Dissidentes Perpetuo Conservanda Libri Duo**

**Conring, Hermann**

**Francofurti ; Lipsiae ; Wittebergae, 1680**

Regula 4.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9585**

## REGULA I.

**L**icet urgente necessitate vel gravi periculo, præsertim Religionis, hæresin tolerare, dissimulando pœnam, & ea quæ ad ejus exercitium sunt necessaria concedendo. Quæ est permissio simplex, sive primi generis.

II.

**L**icet ex eadem causâ prohibere Catholicos, ne intempestivè hæreticos aggrediendo, vel laceffendo, se & Religionem in majus discrimen conjiciat. Quæ est permissio secundi generis.

III.

**V**traque permissio licita est, vel ad tempus indefinitum, pro iisdem videlicet circumstantiis necessitatis duraturæ; vel determinatum pro certis annis, quibus moraliter certum putatur præsentis difficultates & circumstantias non desituras.

IV.

**L**icet utramque permissionem dicto modo promittere, sive Pacis causâ pacto firmare: pro iisdem videlicet circumstantiis necessitatis aut periculi. Non est tamen necesse eas exprimere, cum per se insint tali Paci.

V.

**L**icet & expedit hæreticis Pacis causâ si aliter ea obtineri non possit, generalem Amnistiam seu oblivionem omnium injuriarum & maleficiorum concedere, quæ occasione belli contigerunt.

VI.

**L**icet necessitate urgente Tempia, Monasteria, aliaque Bona Ecclesiastica hæreticis concedere, si altum sive merum imperium illis non cohæreat, neque vi pacti permittatur Jus reformandi.

VII.

**N**on licet ullo casu hæresis permissionem absolutè sive in perpetuum promittere aut pacisci. Est enim id hæresi indirectè cooperari, & permissio tertii generis.

V 2

VIII.